



520  
20

Z. n. 18.



18. iij.





Q. D. B. V.



AD  
ACTUM ORATORIUM  
ANNIVERSARIUM.

MEMORIA

SERENISSIMI PRINCIPIS

AC DOMINI,

DOMINI

JOHANNIS  
GEORGII,

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,  
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAFII THURIN-  
GIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSA-  
TIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ, COMITIS  
MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ, DYNA-  
STÆ RAVENSTEINI, &c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS  
QUONDAM AUGUSTEI NOSTRI CLEMENTISSIMI  
MUNIFICENTISSIMIQUE,

DIE XVI. MARTII A.O.R. MDCCXII.

PIE BEATEQUE DEFUNCTI

IN AUDITORIO ILLUSTRIS AUGU-  
STEI MAJORI

SOLENNI PANEGYRI

DIE XVII. MARTII ANNI CURRENTIS

RECOLETUR,

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS,

UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES, BONARUM ARTIUM

CULTORES ET ILL. AUGUSTEI CIVES

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HUMANITATE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS,

SS. THEOLOG. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.





Elebre in Scriptis Veterum & in Controversiis Papisticis valde frequentatum objectumque Lutheranis nomen est AERII. Vixit vero *Aerius* Seculo IV. fere medio & fuit *Eustachii* Sebastei sodalis & amicus, cum quo in cœnobio asceticam aliquamdiu egit vitam. Sed mortuo Episcopo Sebaste, quæ est in Ponti regione, sive minoris Armeniæ, ut scribit *Epiphanius* loco mox citando, uterque ambivit Episcopatum, quem præ *Aerio* obtinuit *Eustatbius*. Hic *Aerius* veteris commilitonis amicitiam

conservare cupiens, eundem cœnobio evocavit sibi que Presbyterum junxit, & Præfectum Xenodochii cujusdam insignis, quod ab alendis Pauperibus Ptochotrophium appellatur, constituit. Verum *Aerius* non diu à similitate ex æmulatione conflata & a semel concepto adversus *Eustatbium* odio remisit. Mox enim, quod animo premeret prodidit, & valde indignatus est, quod ab absoluta Xenodochii administratione sibi ab *Eustatbio* non concederetur, & Xenodochium deseruit curamque pauperum abiecit: discessit igitur & separatos instituit conuentus in agris & silvis ab Episcopis repente dispersos & dissipatos. In hoc schismate *Aerius* multa *Eustatbio* obiecit, sibi que vicissim imputata reportavit, & Arianis addictus memoratur *Epiphanius* in Panario hæref. LXXV. p. 905. ed. Colon. 1632. Οὗτος ὁ Ἀέριος ἐν καὶ δούλο ἦν ἀπὸ τῆς ἐκείνου, καὶ περιεστὶ τῷ βίῳ ἄρματος πρὸ τοῦ πᾶν ἀλλοῦ γὰρ ὁ Θεὸς ἡ ἀλλὰ τῶν Ἀέριος, καὶ ἐν ἐκείνῳ μακρόν τι Ἀέριος ἐπέστρεψεν &c. Conf. *Epiphanius* Anacephalosis T. 1. Opp. p. 148. Sed hujus hærefeos Arianz & fallorum dogmatum potius reum agunt *Eustatbium* Veteres. Vid. post *Epiphanius* l. c. p. 906. *Basilii* M. in Epist. 74. & 82. *Nicephorus* Hist. Eccl. l. 9. c. 45. & 47. item l. 10. c. 18. & *Aerium* absolunt, dum ea de re nihil legitur apud *Socratem*, *Sozomenum*, *Theodoretum*, *Evagrium* aliosque Scriptores Ecclesiasticos, quos *Aerius* vita antecessit. Hinc *Daneus* in Comment. ad Augustini lib. de Hæref. c. 53. alii que conjectant, *Aerium* cum *Ario* male esse confusum & per injuriam Arianismi (forte à malevolis Episcopis) accusatum, cui rei qualiscunque similitudo nominum inservire potuit. A qua sententia *Jos. Hildebrandus* in Disc. hæf. Acr. §. 6. & *J. A. Schmidius* diss. de Syllab. p. 9. non sunt alieni, a vide que hoc arripuit *Gottfr. Arnoldus* in der Kirchen- und Reher-Historie P. 1. l. 4. c. 8. p. 207. sq. Et *Schmidius* l. c. tale nomen confusionem factam esse censet in hoc ipso *Aerii* nomine commutato cum nomine *Aetii* in Latinis quibusdam *Basilii* M. codicibus, qui deceperint Centuriatores Magdeburgenses, & plures alios, quando Auctorem Hærefeos Syllabicorum *Aerium* nominarunt, cum ex *Basilii* genuino textu *Aetium* nominare debuerint. Quicquid vero hujus sit & illius de Arianismi *Aerii*, contra *Epiphanius* l. c. & hunc secuti *Augustini* hæref. 33. aliorum que narrationem in liberando *Aerio* a suspitione Arianismi, quo infectus ejus amicus *Eustatbius* creditur, prolixi esse nolumus, sed totum hoc *Epiphanius* & fidei ejus relinquimus, maxime quod *Aerium* hujus hærefeos damnatum nulla Historia referat. Quæ vero porro *Aerius* docuisse fertur (1) Nullum esse discrimen Episcopum inter & Presbyterum (2) Mortuorum appellare nomina, orare (εύχεσθαι) vel offerre (δινουσιαι μίω) quod *Petavio* est in pauperes bona sua dispensare, pro quo *προςφίση* posuit *Epiphanius* T. 2. p. 148. & *Augustinus* habet offerre) pro mortuis, nisi prodesse mortuis. (3) Jejunia sæta non esse observanda, sed pro integra libertate esse jejunandum &c., Pontificii acerrime Lutheranis improperant, eos que sub *Aerianorum* scommate passim traducunt. Præcipue, quod sensit *Aerius* de obligationibus & precibus pro defunctis, Confutatores Augustanz Confessionis in ipsis Comitibus Augustanis in Articulo 3. Abus. de Missa arripiunt & sententiam Confessorum hæreficos *Aerianorum* arguunt. Quod autem insinuunt in Missa, inquirunt, Christum non offerri, omnino rejiciendum est, hæc enim antiqua hærefis fuit *Aerianorum*, ait *Augustinus*, qui negarunt in Missa oblationem fieri pro divis & mortuis. Vid. apud *Andr. Fabricium* *Leodivum* in Harm. C. A. p. 469. Evidem in hac ab ipsis Pontificiis curata editione Confutationis Pontificiæ legitur pro *Aerianorum* nomine nomen *Arrianorum*, quodque reperio in aliis hujus Confutationis editionibus Latinis æq; ac Germanicis apud *Celsinum* Tom. 3. Comit. Aug. p. 1. & *Chytraum* in Hist. C. A. p. 197. ed. Germ. sicut & in

prima



prima Delinfectione Apologiae A. C. apud *Chytræum* in Hist. A. C. Germ. & alibi. An vero illud *Arianorum* nomen ab ipsis Confutatoribus lapsu memoriae positum sit, an incuria Scriptorum & Typographorum irreperit, impræsentiarum non quaeram. Illud certum est, quod *Augustinus*, quem allegant, de *Arianis* horum nihil in suo de hæresibus libro commemoraverit, sed de *Arianis* scripserit, docuisse eos: *orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere*. Vid. *Augustinus* libr. de Hæres. ad Quodvultdeum c. 53. Tom. 6. Opp. p. 26. ed. Basil. Hinc in editione Apologiae A. C. plenius à Philippo Melancthone adornata, quæque in Libris Ecclesiae nostrae Symbolicis legitur, vitium illud p. 275. correctum est, & moderni Pontificii Aërium & Aërianos in hoc argumento constanter nominant eorumque sententiam Ecclesiae Protestantium imputant. V. *Job. Coebleus* apud *Fabricium* l.c. p. 472. *Gregor. de Valentia* Com. Th. T. 4. p. 2109. & de Rebus Fid. p. 281. *Costerus* in Enchirid. p. 678. *Bellarminus* T. 2. p. 565. T. 3. p. 23. &c. Quod ergo rem ipsam atinet, dudum Doctores nostri Pontificii responderunt, fordesque intentatas Ecclesiae nostrae in ipsorum facies rejecerunt. V. *Chemnitzius* in Ex. Conc. Trid., *Gerhardus* Confess. Cathol. & in LL. CC., *Hildebrandus* in discuss. Hæres. Aërii &c. & ex Reformatis *Chamier* in Panstr. l. 26. c. 24. *Dallaus* de Poen. & Satisf. hum. & plures alii passim nominati & noti. Apologia autem A. C. sese huic disputationi de Aërio, ne à principali scopo averteretur, immiscere noluit, sed eam à se removit his verbis: „Falso etiam citant Adversarii contra nos damnationem Aërii, quem dicunt propterea damnatum esse, quod negaverit in Missa oblationem fieri pro divitis & mortuis. Sæpe hoc colore utuntur, allegant veteres hæreses & cum his falso comparant nostram causam, ut illa collatione prægravent nos. Epiphanius testatur Aërium sensitse, quod orationes pro mortuis sint inutiles. Id reprehendit. Neque nos Aërio patrocinamur, sed vobiscum litigamus &c. Germanice: *Nun reden wir nicht vom Gebet, sondern vom Nachtmahl Christi, ob das ex opere operato ein Opfer sey, den Todten zu helfen? dieser unser Handel betrifft Aërium nicht*. Sic verba Apologiae magis remotiva sunt totius disputationis de Aërio, quam assertiva sententiae contrariae. Hoc impræsentiarum voluit agere Confessores. Frustra ergo est, quod nobis opponat *Thomas Henrici* in Anatomia A. C. p. 472. *Lutheranus non solum non patrocinari debere Aërio, sed & referre ipsum debere inter veteres hereticos*. Quod vero Aërio patrocinentur, adeo clarum esse, ut probatione non indigeat. Sic loqui ipsum docuit Dux gregis ipse caper, ab arnis nomen habens et bella spirans, plenus mendacis, sed ab argumentis vacuus et inermis Jesuvvidarum socius. Nam hic quoque Apologia duo affingit mendacia T. 3. Contr. l. 2. c. 7. primum quod non patrocinentur Aërio, in quo exclamat? *quis quæso Lutheranos non oppugnat Purgatorium?* Hoc nihil ad rem, *quis non irridet*, pergit, *orationem pro mortuis?* sc. ex Purgatorio liberandis; hoc addat, *Bellarminus*, alias mentitur pro more suo ipse: Alterum, quod Aërius negaverit preces, non autem oblationes pro defunctis. Cur hoc non probat *Bellarminus*. Ratio, quia mendacia probari non possunt. Præterea addimus (1) si Aërius Arianismi reus non est, ut inter Veteres Hæreticos referatur jure, ob reliqua illa dogmata hæretica haberi poterit, hodierna saltem vocum hæresicos & hæretici acceptione rigidiori. Neque omnia, quæ in Hæresiologiis Veterum recensentur, hæretica censeri statim debent, juxta ipsos Pontificios, ut ut approbare ea simpliciter non possint, aut olim ab his Scriptoribus & aliis non approbata consuet. Deinde (2) quæ Aërius ex ambitione & ambitione forte fecit, aut alio affectu reliquis Clericis circa ordinem & ritus non sine abusu existentes objecit, sequæ ab iusturbulento animo separavit, illum schismaticum efficere potuerunt, nondum autem hereticum. Neque (3) illa nos tangunt aut causam nostram feriunt, quæ alia longe est & diversa. Aërius nullum discrimen inter Episcopum & Presbyterum admisit cum sui elatione: *Lutherani* admittunt discrimen Ecclesiastica ordinatione, & Episcopos & Presbyteros jure humano distinctos in sinu Ecclesiae suæ fovent; sed jure Divino & juxta tenorem Scripturæ differre eos tantum negant. In castigatoria jejuniorum ordinatione turbavit Ecclesiam: *Lutherani*, servatis jejuniis, tantam abjiciunt Pontificiam opinionem cultus & meriti. Aërius oblationes & preces pro mortuis nihil prodesse dixit: *Lutherani* pios primæ Ecclesiae ritus approbat & pro ratione præsentis Ecclesiae status imitantur, & tantum in avos & abusus evitare student, & præcipue impiam Pontificiorum superflitionem & doctrinam de Purgatorio damnant, & oppugnant, & irrident tales oblationes & preces pro defunctis, quæ facere censentur ad liberandos eos ex purgatorio. Oblationes seu dona Ecclesiae,



eclesia, nomine defunctorum, data & distributa una cum precibus pro defunctis negasse *Aerium* defunctis prodesse, non negant *Lutherani*, negant vero *Aerium* & antiquos Ecclesie Apostolice Patres quicquam scivisse de statuo igne Purgatorii Pontificii. Satietur ergo suis mendaciis *Bellarminus*, ad nostrum illa non sunt palatum, neque nos *Aerio* patrocinamur. Quodsi vero (4) Pontificii velent, *Aerium* non simpliciter oblationes & preces pro defunctis repudiassent ut inutilis, fed tantum intuitu incertae Vulgi opinionis de statu mortuorum & respectu immunitatis, liberationis & remissionis a poena, quam sustineant mortui, aliorumque ab usum intaitu, erit hoc, in quo nostram defendamus contra ipsos Purgatorii defensores sententiam, nec tamen patrocinemur *Aerio* magis, quam patrocinari eidem coguntur Pontificii, qui ipsi longissime a Veterum vulgari sententia de statu mortuorum recesserunt & intentionem precum precisque ipsas valde mutarunt, adeo ut toto coelo differant ab intentione antiqua. Nam si Veterum pro defunctis oblationes & orationes intuemur, quo modo, quo fine & qua intentione factae sunt pro opinione, quam vulgo de statu mortuorum tenuerunt Veteres, & pro omnibus mortuis, piis & impiis, beatis & aequae damnatis aliquando orarunt, (vid. *Epiphanius* l. c. & *conf. Dallens* l. c.) manifestum est, quod Pontificii illam deseruerint Veterum vulgarem sententiam utpote scripturis adversam, ipsique deserta illa de statu mortuorum opinione, & mutata precum intentione & sensu, *Aeriani* sint, quod ad oculos demonstravit *Dallens* Lib. cit. *Blondellus* & plures alii, & adeo clarum est, ut rectius, quam *Henrici*, dicamus, probatione non indigere. Quid ergo nos culpant Pontificii & *Aerianorum* nomine onerant, cum ipsi *Aeriani* sint, & longe pessimam, loco veteris acceptaverint sententiam de Purgatorio, non Scripturis tantum, sed & Patribus primorum Saeculorum adversam: Lutherani vero teneantur quicquid in oblationibus & precibus pro defunctis repererunt Scripturis de Statu mortuorum conveniens, atque retineant, & novos tantum & abusus Veterum, qui Sec. 3. & sequentibus in Ecclesiam propullulare ceperunt, deserant, & Papalem maxime abominationem Missae abominentur. Scilicet veteres Christiani Apostolicae aetate ipsi ad celebrationem Synaxeos afferbant Panem & Vinum & eorum Ecclesiae ministris reponebant, qui Symbola haec precibus consecrabant & S. Coenam inde cibificant a. Cor. XI, 23. Superflua & residua inter ministros distribuebantur, Agapis inferviebant & cibificantur pauperum. Illis donis Pani & Vino postea paulo ditiores Christiani junxerunt alia cibaria, thura, olea & quae necessaria videbantur ad usus sacros in Ecclesia & ad alimenta ministrorum, ut, qui altari fervirent, ex altari viverent. Porro addiderunt his quae vel largas elemosinas pecuniarias, quae omnia viri Parentes, Liberi, Propinqui & Amici etiam attulerunt nomine & mandata ex Testamentis & Legatis defunctorum, quandoque & proprio instinctu & arbitrio, non in exequiis tantum, sed & in anniversariis sacris, in quibus & S. Synaxis ex donis oblati sunt celebrata, defunctorum nomina tanquam Benefactorum laudata, pietas & beneficentia commendata, additis votis & precibus. Quae omnia eo tendebant, ut fidem, charitatem & communionem cum Ecclesia testarentur, ejusque post mortem per illa voluerunt in Ecclesia vallante extare documenta. Haec facies primum fuit oblationum nomine defunctorum oblationum & precum pro defunctis. An vero in his donationibus pro defunctis aliquid est, quod praeter pietatem, charitatem & communionem Ecclesiae sacrificium missae redoleat, satisfacionem pro peccatis vel peccatorum poenitentiam inferat, aut mitigationem poenarum aut liberationem ex Purgatorio communitret? Proterius nihil. Quicquid autem in his laudabile est, & pro statu & tempore nostrarum Ecclesiarum imitabile, retinemus, laudamus, nec prohibemus. Est vero illud commendatione dei & excitatio ad similia fidei & charitatis studia; & votorum ac precum ea ratio, quae precatur a Deo custodiam & quietem ossibus defunctorum & animabus conjunctionem cum corporibus in resurrectione latam & beatam &c. Quo de videantur Theologi nostri. Egregia sunt, quae haec in rem scripsit pius ille ac doctus Theologus Rostochiensis; *D. David Chytraeus*, de morte & vita aeterna P. 2. p. 75. *Nec oblationes ciborum & aliorum munusum ad usus pauperum & Clericorum olim in exequiis mortuorum & anniversariis fieri solitos, nec celebrationem & usum Coenae Domini cognatis defuncti olim in funeribus consuetum (unde oblationis & Missae pro defunctis nomina & ritus orta sunt) quisque prohibet. Sed haec opinio pro piis defunctis orare vel offerre, quasi nunc in purgatorio igne cruciantur, unde nostris precibus & sacrificiis liberandi sint: id clarissimi Verbi Divini testimonio antea recitatis de beata & regnoe & pace piorum in Domino morientium, ad quam recta per mortem transeunt, adversa fronte repugnat.* Talia ergo Papalia Sacra a nobis non expectabunt, qui futura XVIII. Martii die in *ILL. AUGUSTEO* comparebunt. Commemorationem pia pie defuncti *Serenissimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Angariae & VVestphaliae &c. &c. Principis ac Naurrisoris* quondam *Ill. hujus Augustei Clementissimi, instituemus*, quaeque hujus argumentum antiquitate reperimus, pia & fructuosa proferamus & imitabimur: *impia vero & superstitiosa* Papae abominabimur. Ad eorum ergo *Serenissimae* hujus Aulae additi *Illustres Ministri*, ad eorum *Proceres & religiose omnes* cum *Civibus* nostris, quos quot Munificentia hujus Optimi Principis fruii estis. Ad eorum quibus in Commemorati one hac Princeps superstes est. Ad eorum omnes, quibus Augustus Mors in pia ad mortem preparatione Vita esse potest. P. P. d. VIII. Martii MDCCLXII.

Nr 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.











Q. D. B. V.  
AD  
ACTUM ORATORIIUM  
ANNIVERSARIUM,  
OVO  
MEMORIA  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,  
DOMINI  
JOHANNIS  
GEORGII,



DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,  
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAFII THURIN-  
GIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSA-  
TIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ, COMITIS  
MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ, DYNA-  
STÆ RAVENSTEINII, &c. &c., &c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS  
QVONDAM AUGUSTEI NOSTRI CLEMENTISSIMI  
MUNIFICENTISSIMIQVE,

DIE XVI. MARTII A.O.R. MDCCXII.

PIE BEATEQVE DEFUNCTI

IN AUDITORIO ILLUSTRIS AUGU-  
STEI MAJORI

SOLENNI PANEGYRI

DIE XVIII. MARTII ANNI CURRENTIS

RECOLETUR,

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS,

UTRIUSQVE REIPUBL. PROCERES, BONARUM ARTIUM

CULTORES ET ILL. AUGUSTEI CIVES

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HUMANITATE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS,

SS. THEOLOG. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.